

Vespera Sabbati dicitur more Hebræorum, qui diem naturalem incipiebant *ab occasu Solis*, adeoque quod antè ortum Solem adhuc supererat, vesperæ nomine veniebat, ità tamen ut appetente ortu Solis dicatur illucescere in diem sequentem. Cum igitur Marc. 12, 2. dicuntur venisse die quodam Sabbati valdè manè, intelligitur diluculum more Romanorum, qui diem naturalem *ab ortu Solis* numerabant.

14. Ἐπὶ) cum Genit. à, ab.

16. οἱ δὲ ἑνδεκά μαθηταὶ) cum quibus procul dubio congregati 500. fratres, de quibus 1. Cor. 15.

19. *Ite & docete omnes gentes*) Vos & vestri Successores usque ad consummationem mundi, quilibet suo modo, quod patet ex v. seq. 20. qui de Apostolis solis explicari non potest.

20. *Ego sum vobiscum*) Vid. suprâ c. 18, 26. Ego notat personam σύνθετον sive λόγον incarnatum, non autem solam Divinitatem: qualis enim differentia foret inter promissiones V. & N. T. Adde, quod non licet nomen personæ (Ego) mutare in nomen naturæ. De eo non dubitabant, nec solliciti erant Apostoli, Christum quâ Deitatem ipsis semper præsentem mansurum, de præsentia verò carnis ejus nondum satis erant certi. De hâc informat eos in præsentia, ac erigit hocce promisso. Diversa ratio est dicti Joh. 8, 58. Antequam Abraham, Ego. Ibi enim prædicatum satis determinat subiectum, quod sit natura divina: hîc verò nulla necessitas discedendi à generali & propriâ significatione vocis personalis.

IN MARCUM.

CAP. I.

Verf. 15.

Πιστεύετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ) Heb. כבשורו במינה) 38. εἰς τὰς ἐχθόμενας πόλεις) in Civitates, quæ (ibi circumcirca) habentur. Germ. die es da hat.

40. Ὅτι εἰάν) Quod si. כִּי אִם

44. περὶ) cum Genitivo pro. Quemadmodum ὡς

45. πανταχόθεν) undiquaque.

CAP. II.

Verf. 1.

Δὶ ἡμερῶν) post (aliquot) dies, ubi Pluralis absolutus includit (nomen)

C

men)